Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



231

rmare firmata. Hoc enim calamo cum dominis pactiones
conscribi consuerunt. Et ido dauid ait. Lingua mea
calamus scribe uelocis scribentis. Confessi sum huic
impium diabolicam negauimus tyrannidem. hoc cy
rographum hoc pactum. hoc symbolum. docet esse con
septum. Videte ne cyrographarii inueniamur rum
debitores. Venit semel xpc & patris nos cautionibus
inuenit astrictos quos conscripsit ada. Ille micium obliga
tionis ostendit. peccatis nris fenus accreuit. Ibi ma
ledictio fuit. & peccatum. et mors. legisq; condemnatio.
Et hec omnia xpc deleuit atq; concidit. Et clamat paulus.
dicens. Cyrographum peccatorum nrorum quod erat adversarium.
& ipsum tulit de medio affigens cruci. Non dixit de
lens. non dixit caraxans. sed cruci affigens. ut prius
eius nec uestigia remanerent. ido non deleuit sed con
scidit. Crucis et clauis dissipauerunt illud. ut in eo
nulla de postero remaneret utilitas. & hoc non in
angulo. non secreto. sed in mundo medio omnium ui
dentibus oculis. in excelso ligno nexum eius euacua
uit. Inspiciant inquit angeli. considerent archangeli.
& cum omni admiratione celestes pruideant potesta
tes. nec aduersarios lateat hoc. demones. nec ipsum
diabolum quod nos debitis obnoxios effecerunt. Semdum
sub fenatoribus cautiones. ne uobis impositum moles
tie parent. Quo igitur pri cyrographum omnibus debitis
caret. inuigilem ne nos alia obligatio aliqs nexus